

sibi instare diem, affe tui verba promittere, ad  
mererem quo sane iaxim. cbruebatur, non-  
nihil relevandum; ne forte anxietas nimia ne-  
quidquam extenuata modum excederet, atque  
ad desperationis tandem barathrum aut in cul-  
pam saltem aliquam graviorem afflictum ejus  
animum precipitaret. Hæc quippe lenitendi dolo-  
ris ratio et culpa vacat, et viris affectionum in-  
ternarum peritis admodum probatur; cujus obli-  
vione vel incogitantia notat Joannes a Jesu Maria  
nonnullos interdum theologos parum sapientes,  
animos, alioquin vita sanctimonia conspicuos,  
sed immenso afflictionum pondere oneratos, pe-  
nitentius opprimere ac suffocare. Horum igitur ver-  
borum sensus est hujusmodi, *g. d.* Cum sentiam  
me ad extrema deductum, et angustiae mihi sint  
undique, et quibus emergendi non habeo facili-  
tatem, credo equidem consilium viro prudenti  
non indignum et gravissimo dolorum preludio at-  
temperatum esse, lamentorum et gemituum im-  
petum minime reprimere, ne gravius inde tor-  
quear, et pejus animo afficiar. Indulgebo itaque  
aliquantulum nature, ut mestitudinem nimiam  
exhalet, atque in hunc modum ab impatientiae  
culpa remotior optata morte defungar.

Tropologie Job hoc loco recte ex brevitate  
temporis inferri non esse cessandum a precibus,  
neque quidquam de flarum contentione remit-  
tendum : quod etiam faciant quibus exiguè tem-  
poris facta est facultas, qui nullam illius partem  
intuent esse sinunt; acutum autem vocem, et ad  
ingeminandas preces conferendas cum Do-  
mino sermones impellunt spiritus afflictio, egri-  
tudo animi, vis doloris maxima, que uberrimum  
etiam lacrymarum fontem aperit : quare D. Grego-  
rius lib. VIII *Moral.* cap. xi locum hunc de utili-  
tate confessionis ac penitentiae sic exponit :

Tribulatio quippe spiritus linguam commovet :  
ut reatum pravi operis vox confessionis impug-  
net. Sciendum quoque est, quia sepe et reprobis  
peccata confitentur, sed delere contemnunt ;  
electi autem culpas suas, quas vocibus confessio-  
nis aperiant, districtè animadvertentis fletibus  
insequuntur ; unde B. Job bene, postquam se ori-  
suo non parere spondit, tribulationem mox  
spiritus subdidit. Ac si aperte fateretur dicens :  
Sic reatum lingua loquitur, ut nequaquam exers-  
a meroris stimulo per alia spiritus vagetur, sed  
culpas loquens vulnus aperio : culpas vero ad  
correctionem cogitans salutem vulneris ex medi-  
camine meroris quaero. » Sic ille, qui hæc deinceps  
toto illo capite perquam eleganter ac fusc  
deducit et amplificat, ostendens Iobum se hinc  
vere nobis proposuisse exemplum penitentiae ;  
quale nimirum Ezechias rex postmodum quoque  
edidit, quando pro corona et paladamento quoque  
pudore ac verecundia indutus, liisdem pene qui-  
bus Job verbis eulando Deum sic affatur *Isai.*  
xxxviii, 15 : « Recogitabo tibi omnes annos meos  
in amaritudine anime mee : » quid est recogit-

Tempo-  
re hujus  
brevitatis  
exiit  
instan-  
tiam ori-  
tuus.

Confessio  
dilect  
fieri ani-  
mo con-  
trito et  
cogit  
haliu.

Job et  
Ezechias  
sunt  
exemplar  
peniten-  
tia.

tabo? S. Hieronymus veritè *reputabo*, hoc est, dili-  
genter expendam et versabo in animo meo, ut  
quales fuerint probe intelligam. Tipurina editio  
ex Hebræo veritè, *motando capiti, conceitendo cor-  
pus meitabor* : quæ preteritorum scelorum def-  
estationem et parentis animi dolorem dignitatem  
magnitudine periculi sui exhorrescentis. Ex hoc  
fonte manabant illæ lacrymæ indices penitentiae  
et compactionis, quibus stratus abjectusque  
princeps fedas animi labes elocere conabatur :  
addit enim « in amaritudine anime mee, » hoc est  
in profusione lacrymarum, que natura sua salse  
amaræque sunt, ad expiandas proinde sordes  
accommodate ; vel in doloris acerbitate, quem  
ipsa criminis memoria cogitatioque suggerit, at-  
que ut alios potum inducit.

12. NUMQUID MARE EGO SUM AUT CÆTUS, QUIA CIR-  
CUMDEISTI ME CARCERE? — Alludit hic ad caput  
primum Genesios, ubi mare in carcerem quo-  
dammodo conjectum fuisse videtur, quando il-  
lud Deus certis limitibus circumscripsit dicens  
*Gen. 1, 9 :* « Congregentur aquæ que sub celo  
sunt in locum unum : » de qua re loquitur  
David *Psaln. cxi, 7 :* « Ab increpatione tua fig-  
nasti, a vocetionitui tui formidabant ; terminum  
posuisti, quem non transgredientur, neque con-  
vertentur operire terram ; » significans Deum mari  
et per consequens cetum posse terminos, scilicet  
litora, ne totam terram obruant, que Job *car-  
cerem vocat*, tyrannos autem superbos et violentos  
conferat cum cetis, vel dracone marino, *g. d.* Adeone,  
bone Deus ! tibi visus sum ferus, et noxius inter  
homines, quasi cetus inter pisces, ut in hujus  
corporis arummoso carcere tot plagis me depri-  
mere, vincire et compescere a violentia oportu-  
rit? unde Chaldaeus paraphrasticè sic reddit :  
« Numquid sicut Ægypti, qui condemnati sunt  
ut submergerentur in Mari Rubro, condemnatus  
sum ego? aut sicut Pharo, qui suffocatus est in  
medio ejus; quoniam constituis super me custo-  
diam? » Sed bene notat Sanctus hunc para-  
phrastem, quicumque fuit, non considerasse quo  
tempore hæc a Jobo dicentur, et nondum tunc  
in Mari Rubro Pharaonem fuisse demersum; cum  
historia hæc supra ducentos annos Ægyptiorum  
et Pharaonis exitum antecesserit.

Nota, quod Vulgatus cetum transtulit in Hebræo  
esse *pan tantin*, quam vocem D. Hieronymus  
et cæteri divinarum litterarum interpretes varie  
solent exponere: quidam enim, ut Septuaginta,  
verunt draconem sine colubrum, alii cetum, non-  
nulli sirenem, ericeton, aut lamiam; que omnia  
demonis ingenium expriment: blanditur ut si-  
ren; ut lamia prophetica nudat mammam, et pa-  
pillis tumentibus prolucit; ut ericetus pungit et  
lancinat; deglutit ut cetus; ut dracon ferocissime  
invadit; et cauda impia circumligat. vere dracon-  
tribus ordinibus dentium horribilis, et quales in  
Phrygia esse dicebantur, tan noxio et potenti  
halitu, ut aves superne volantes attraherent, et

tetris faucibus exciperent; fit denique omnia om-  
nibus, ad omnium vitam et salutem exhauriat;  
cum modus unus atque via non succedit, aliam  
tentat et molitur, simul lamia, siren, dracon et  
cerastes. Divine S. Leo Magnus serm. 6 in *Epiph.* :  
« Quorum, inquit, obtinere non potest mores,  
impedit mores: » versipellem etiam eleganter  
describit Fulgentius epist. 3 ad *Prob.* : « Tam-  
quam diversis machinis sic innumeris utitur argu-  
mentis : et cum certamine manifesto cedit, ad hoc  
se victum demonstrat, ut vincat; ad hoc fugam  
simulat, ut persequentem missis post tergum  
sagittis occidat; » et paulo post : « Armis quibus  
eliditur surgit, et virtute qua dejecitur dejicit, etc.  
Pingit quoque lamiam simul et draconem S. Gre-  
gorius Nazianzenus Orat. 40 : « Demon, inquit initio  
ante blanditur, lenocinatur, rursus de se arguit,  
verum in malum desinit; » cumque tanta sit illius  
fallacissimi ingenii fraus, et invita in execogitum  
nostrosum sententiam suis fomitibus inflammat, » S. Martinus iter faciens aliquando cum  
discipulis cum mergis in flumine vidisset piscicu-  
lorum multitudinem captantes, et insidias undiq-  
ue molientes, ad suos conversus : « Hæc, inquit,  
forma est demonum, » et prodit Alcinus serm. *De  
Transl. S. Martini*. Hem nos miseri et minuti pis-  
ciculi, quorum vilam et spiritum non solum in-  
numeri undique mergi, sed et ceti prægrandes  
insatrabiles appetunt; quot oculis et quanta  
provisione est nobis opus, ut infandam eorum  
gulam effugiamus? Sed ut ad textum revertamur,  
pro istis verbis,

Demonis  
la decip-  
iendo  
homini  
fallacia.

Tyrann  
oto si-  
mitis.

Deaviro  
justo  
compes-  
et eus-  
todes ad-  
hibet la-  
bores.

Corpus  
nostrum  
est areve  
anima.

Diaboles  
est cetus,  
dracon, si-  
ren, la-  
mia, etc.

custodiam, ut est, inquit, in *Archiepisc.* id est in ar-  
canis litteris: consimili animi sensu D. Basilus  
miratur Pythagoræ sapientiam, qui corpus *derap-  
trigon*, carcerem esse aiebat, qui cum vidisset ga-  
neonem quemdam lauta mensa et quotidianis  
epulis corpus suum saginatum : « Hic, inquit,  
non cessat duriores sibi in dies carcerem in-  
struere. » Hinc antiqui sapientes *dipias*, id est cor-  
pus, nominaverunt, quod anima sit in eo *didipias*,  
alligata, et apud Stobæum *Serm.* 119 monet The-  
mistius; sed longe divinius illos David *Psaln.*  
cxlv, 7, homines ea causa nuncupaverat *compedi-  
tores*; et eum secutus Jeremias *Thren.* iii, 34 *vinctos  
terre*, cum de vinculis corporis loqueretur, ut  
*ibid.* Origenes interpretatur. Eadem utique ra-  
tione Job se dicitur hoc molestissimo corporis  
ergastulo carereque durissimo detineri ac com-  
pediri conpigner, a quo quam altissime liberari  
desiderabat. Hæc tamen verba Iob non sunt im-  
patientis animi, ut Hebræi et Vatablus volunt,  
sed amari spiritus (prout superiori versu expo-  
sumus) sub Dei tamen et rationis freno sese  
cohibentis.

Tropologie S. Gregorius, lib. VIII *Moral.* cap. xi  
per mare corda carnalium; per cetum vero  
spiritum malignum; et per carcerem carnis cor-  
ruptelam ait significari: ipsum, si lubet, consule  
loco indicato, ubi elegantius prout similitudine  
hominem cum mari componit vir sanctus, quia  
nimirum mare turbulentis fluctibus et procellam sa-  
vientem ad litus usque perducit; cum vero pri-  
mam arenam allabente unda tetigerit, illico re-  
siliet ac dissolvitur. Sicut ergo mare tumentes  
fluctus suos ad arenam allidit et elidit, sic etiam  
homo turbulentem spiritum suum ad terram cor-  
poris sui allidendo confringit: etenim homo spi-  
rituali preditus est animo, quo angelis, imo ipsi  
Deo appropinquet, et similis est: ne ergo ex hoc  
insolesceret, circumdatus est corpore non secus  
ac mare molli arena, ad quam procellas despu-  
mantes allidit, ne irursescat aut superbiat; et  
sane nescio qua ratione quis superbie possit,  
qui corporis sui miseriam et villiam serio con-  
siderat.

13. SI DIXERO : CONSOLABITUR ME LECTULUS MEUS, Vers. 13.  
ET RELEVABO LOQUENS MECUM IN STRATO MEO. —  
Solent nimirum hi qui mestio et afflicto sunt  
animo in lectulum se conijcere, et examinanti  
dolore ac tristitia quietis saltem aliquam partem  
capiant, et spiritus fatiscantes suffulciant aut in-  
stant; significat ergo se ad lectulum tanquam  
ad placidum quemdam et tranquillum a diurnis  
laborum ac dolorum tempestatibus portum aspi-  
rasse, ut in illo saltem corpusculum quietum  
quoquomodo, animum vero piis considerationibus  
tantillum relevare; ac somnum quidem esse omni  
animanti necessarium exedre omnes philosopho-  
rum et scholæ definiunt. Rationem reddit Aristoteles  
lib. De *Somn.* et *vigil.* dicens, *ἀνάγκα* τὸν ἄν-  
θρωπον, *ναὶν* fieri nequit, ut quidpiam semper agat

Somnus  
est ani-  
manti  
necessa-  
ria.

et molliatur : itaque ab Homero ingeniosissimo nature interprete, nominatur somnus *παραδάτωρ, ονμία domans*. Scite et venuste Clemens Alexandrinus lib. II *Pædag.* cap. ix, simillimum illum esse vult exactori, qui tributum ab unoquoque repetit : « Somnus, inquit, non secus ac publicanus dimidium vite tempus nobiscum dividit. » Pari elegantia Chrysostomus in *Psalm.* xli, agnoscit *ἵπνου τυραννίδα, tyrannidem somni*, cui connivere et obsecundare omnes oporteat; sed hæc tyrannis non ferro et igni armata est, aut supplicio minisque horribilibus, sed comis et benigna, et qualis a poetis dicitur *νιδυς, somnus dulcis et iucundus*, qui se placide ac suaviter in sinum animi insinuet: quare Themistius apud Stobæum *Serm.* 119, somnum ait esse *πάθει ἰδύων*, nostrorum *officium suavissimum*, qui infusa dulci voluptate ægritudinis et doloris sensum extinguunt, et alias capiditates superet. Hinc passim sapientes omnes somnum inter maxima Dei dona hominum generi concessa et singularia beneficia reponunt: neque enim, ut notavit egregie D. Augustinus, in hoc fragili et imbecillo corpore diu anima vigere posset, continuo motu actionibusque exercita, equam laborem et fatigationem succumberet : « Ideo, inquit, *Enarr. in Psal.* lxi, Deus dormit somnum, quod reparatur membra corporis, ut possit vigilantem animam sustinere. » Eandem providentiam partem magnifica sua oratione usque in cælum attollit Chrysostomus lib. II *De Coorpanc.* cap. v, et noclem prædicat *ἁγ. πνεύματος ἐργαζομένης, non minus diei lumine fructuosam* : quod, inquit, in ea dulci quiete vires instaurentur, quæ continua operum fatigatione deficerent. Addit vero idem videri fecisse Deum, quod pie solent matres atque nutrices, cum pusiones forte suos ad quietem provocant: collecti enim in gremio positos, et astringere brachiis, ac tunica faciem atque oculos operire consuevisse, ut obscurior eis aer redditus somnum per quietem facilius invitet; ita et Deum tanquam velamen quoddam per universum mundum tenebras inducentem hominum genus ad silentium gratissime quietis invitare. Illud quoque suscipit Epiphanius *Haeres.* 48, ubi clare dicit homini donatum beneficentia Numinis et singulari bonitate, ut se posset a quotidiana negotiorum cura et sollicitudine *εἰς ἀνάπαυσιν βίωσει, vel somni requiem* traducere. Job itaque diurnis molestiis ac laboribus jam totus exhaustus ad vesperam, uti vers. 4 dictum, aspirabat, quo ei divino hoc quietis munere, omni animantium generi a natura concessa, aliquantisper saltem frui pacifice liceret, et simul animum afflictum sacris cogitationibus in noctis illo silentio liquidius refocillare; atque hoc est quod ait :

ET RELEVOR IN QUENS MECUM IN STRATO MED. — Septuaginta reddunt, *ἀνάπαυσιν δὲ περὶ ὑπνάτων ἰδὲ λόγων*, et referam ad meipsum privatim sermonem thoro meo; S. Augustinus, et referam ad meipsum consolationem in thoro meo; Theodotion, *ἐκατάκειμαι ἐν ἐνθυμήσει μου ἢ λόγων μου, comportabit me in confabulatione mea stratum meum*; Pagninus ex Hebræo vertit, et ardebit in eloquio meo cubile meum. Quod de larat ipsum tanto ardore mentis et contentione voluntatis meditatum, ut quemadmodum e graviora nube, sic e factu illo animi flamma gigneretur. Hoc est quod David dixit *Psalm.* xxxviii, 4 : « Et in meditatione mea exarscet ignis : » ignis, qui nervos omnes animique labem exurat; ignis, qui mentem inflammat summi Numinis amore, de cuius infinita in omnem partem bonitate meditatio exquirat; ignis denique, qui splendore suo et scintillantibus radiis illuminat operata atque recondita : quod meditatio, ut egregie dixit Plotinaeus, sit « clavis veritatis. » Pulehre autem ait *loquens mecum*, ut significet hanc sermocationem non fuisse cum hominibus, sed cum seipso, vel cum Deo, quod Septuaginta passim reddere solent *ἀδελφότητος, fratris*, quæ vox in divinis litteris, ut ait Suidas, significat *μυστικός, meditari*. S. Hieronymus interpretatur *exerceri in meditatione*; S. Augustinus, *studiose et delectabiliter cogitare*; Etymologiæ auctor paulo etiam magnificentius, *ἀδελφότης, Æsopæ φιλοσοφίας, ut proborum hominum meditationem esse intelligamus quoddam genus pulcherrimæ et præstantissimæ philosophiæ, quæ in humanis divinitusque rebus contemplandis versetur.*

Hoc iter excellentis sapientiæ Job, et ejusdem imitatione David, studiosissime imitab, cujus vitam propè continuam fuisse meditationem accipimus : nam cum dies præterisset meditabat cum corde suo, et scopebat spiritum suum *Psalm.* lxxvi, 7; quæ S. Augustinus exponens : « Scrutabatur, inquit, spiritum suum, et cum spiritu suo loquebatur, seipsum interrogabat, seipsum examinabat, in se iudex erat. » Quod *judicem* nominat, id etiam diei video ab aliis Patribus cum de sui discussione agunt, ut non nobis ipsi blandiamur, sed investigemus sedulo, et quæ perperam acta fuerint non intueamur tantum, verum etiam puniamus : quo refert illud Salomonis Gregorius Magnus : « Cogitationes iustorum judicia, » *Proverb.* xii, 3. Sic Diadochus cap. xviii agnoscit in homine tribunal iudicijque suffragia, quæ incorrupta esse nequeant, nisi mens, inquit, a molestis vite curis soluta sit atque libera : id tribunal nihil est aliud, ut quidam volunt, nisi conscientia vis, quam Dorotheus nominal *λογισμός, rationem dominantem*, quæ mentem illuminat instar luminis aut scintillæ inherens, quæ malum a bono dignoscitur. S. Leo serm. 3 *De Quadrag.*, censorium iudicium esse vult et severum, cum sic monet : « Scrutetur quisque conscientiam suam, sequæ ante se statuat proprii censura iudicij; » sed elegantissime D. Augustinus serm. 88 *De Temp.* : « Peccata, inquit, nostra iudices nos sentiant, non patronos; » et paulo post : « Tu agnosce, et Deus ignoscit; » et alio quodam

Ejus tyranis rannu navis.

Somnus donum Dei.

Id noctem in loco meditata.

loco in *Psalm.* lxxv : « Pœniendum est peccatum aut a te, aut a Deo : tuo agnosce, ut ille ignoscit. » Sed clarior etiam de areopagitico hoc tribunal et nocturno iudicio lib. I *Homil.* hom. 2 : « Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex, torqueat te timor, erumpat confessio, dic Deo tuo : *Coniam iniquitatem meam cognosce* : » vult nimirum, ut cognito animi statu, et ex serâ disquisitione diei noxæ patefactis, concipiamus verum intimumque dolorem, justam egritudinem et compunctionem, quæ reum veluti in æqualeo ponat et torqueat, quamque Sapiens *μαρτυρά, flagella* nominavit, dum orat in hunc modum, *Ecclesi.* xxiii, 2 : « Quis dederit in mente mea flagella, et ignorantis meis non parcant? » ita quidem locum citat D. Chrysostomus in *Psalm.* cxl. Valet plurimum ille dolor et in se versa pietatis indignatio, ut potentius scelus deinde vitæ labeque minuatur : quod idem S. Chrysostomus alio loco significat in *Psalm.* l. : « Horrendum, inquit, tibi tribunal effice, animum laevitatem rede, et postera die ad perpetranda peccata emulantius accedas. »

Compendiositas.

Cogitatio sui scientiarum virtutis.

In mediis ignis exarbitrat.

Meditatio clavis veritatis.

Cogitandum examinandi ratio.

Cogitatio tribunalis.

Examine cogitatio.

*μάς, a sexcentis*, inquit, oculis vitam tuam ac mores circumspecte, ne alicui neglectum abs te quidpiam virtuti tue labem et perniciem adferat : » ita Magnus Dionysius paulo ante a me laudatus ait opus esse intueri se atque sua *ἀποστάθην ἐπιβλέπειν, oculis ab omni perturbatione liberis*; quod illustrans S. Maximus vicus in eo divinum legem observari, qui sic præcipit, *ἐπύχνησαν, attende tibi ipsi*, quod Moysis quoque apophthegma ad cognitionem sui et discussionem tum S. Basilium tum ejus frater Nyssenæ Gregorius, uterque pontifex sapientia et eloquentia clarissimus, retulerunt. Ex eo vero, quod quis se penitus introspectat atque examinet, eximius ille fructus sequitur, quem optare et querere omnes debent, ut e luto vitiorum emergat, et defectus animique agrotationes abs se notatas et animadversas emendet.

14. TERREBIS ME PER SOMNIA, ET PER VISIONES HORRE CONCITES. — Se non nocti quidem in somno quietis ullam partem cœpere posse lamentatur, diris somniis ipsum continuo infestantibus; quod ut molestissimum esse tormenti genus, ita olim apud gentes infellicissimi auguri loco et futurum præsagium habebatur, ut Servius lib. III *Æneid.* observavit. Potuerunt autem hæc Jobo accidisse partim naturaliter, diurnæ miseriæ imaginibus nocti, ut fieri solet, recurrentibus; partim per dæmonem somnia terrificæ et spectrali immittentem, ut Chrysostomus et Philippus volunt, partim etiam per humorum commotionem, præsertim phlegmaticis et melancholicis, inebum gignendo. Quiddid hæc de re fuerit, eleganter profecto Jobus seipsum malis obsessum et sine requie infestatum depingit. Exploratum est, animum doloribus exasperatum necessitate perurgente varias evasiones fugasse mali sibi confingere : nimirum quens quoddam solatii esse sperare solatum; et quidem adeo, inquit Joannes a Jesu Maria, anxietas virorum fortium, quæ Deus experitur ad palmam, solorum invalescere, ut et spes hæc tenuissima videatur, minimumque aut fortassis nullum vexationis temperamentum afferat. Quod, quantum capio, ex eo provenit, quod animus creberrimis experimentis didicit incassum se id sperare, quo nequam indulgeret; aut certe, quod Deus id quoque solatum imaginario secretis modis admittit, neque sunt rationes ingenie quidem suo efficaciæ patientis animo imprimi, ut quemadmodum animos alio afflictos recensat, ita et animum ipsum, quo cogitantur, afficiat : status certe miserissimus est, incognita regio, quæ virissapientibus horribile spectaculum exhibet. Sic ergo Jobus agere credendus est, q. d. Ego vir inter mortales afflictissimus requiem capto, nec invenio, nulla mihi statio fida, nulla sors læta; diurno tedio delassatus lecti requiem animo pertracto, si forte recerem, et cogito fore ut solus ibi mecum ratiociner more sapientis, qui se dejectum erigit, desolatum solatur :

Vers. 14 Job diris somniis infestatur.

Animo afflicto quoddam solatum est ipsa somnia.

Gravissimi est animi spe solatii frustratio.

Valde afflicti tam dormientes quæ vigilantes imago cæcis virtutibus.

ationis malum, minusque doloris et molestie expertus sit a vera calamitate quam a calamitatis assidua cogitatione: nempe tolerabat Jobus quantum mortalis homo pati poterat; metus vero per somnia a demone immissus fingebat et ampliabat mala supra quam pati poterat: nam timor est arbitrium multiplicandi molestias, et ingenium amplificandi calamitates; unde Jobus, qui stabat constans ad veros dolores, sic perhorrescit ad ærumnas, quas metus in somnis imaginatur, ut quasi nutans, ne dicam cum Philippo ibi *corruens*, suspensum et mortem eligat ad levamen intolerabilium dolorum, quos a metu patitur. Et quidem tanta est acerbitas metus etiam per somnia immissi, ut Hippocrates lib. De Virg. morbis, ita scripserit de attonitis et timoribus: «Ex his adeo fortiter pavere homines, ut delirent, et demones quosdam se videre putent ipsis infestos quandoque nocte, quandoque interdium, aliquando vero utroque tempore; et ab ejusmodi spectris multos se jam strangulasse, et prosiisse in puteos, tanquam meliora sint hæc, et omnem vite utilitatem excedentia:» sic ille. Quibus non assimilia demones astu odioso immisit Jobo verisimile est, quæ vitam ipsi redderent odiosam, ita ut præ illa suspensum eligeret; Aquila *ἀρπύριον*, laqueum; Chaldaeus *supplicationem* dixit; originalis vero hebraea vox proprie *strangulationem* significat, q. d. Optarem polius mortem violentissimam quam vitam hanc miserissimam: ita Chrysostomus et Polychronius. Quod autem dixit *ossa mea* est synecdoche, pars pro toto: nam ossa proprie nec vite nec anima, multo minus electionis, capacia sunt.

non ignorabat certe vir sanctissimus, uti vero simile est, nationum prope omnium sensum de suspensiosis, quos vulgo detestabiles putant et infames, nam cum heros ille vivebat communem etiam fuisse opinionem illam puto, quam deinde celeberrimi sapientes et scriptores omnis generis celebraverunt: Euripides in *Helen*. *ἀρπύριον* μεταφορῶν. *sublimes laqueos, quibus homines suspenduntur, vocat ἀρπύριον, turpes, imo et in servis id censi διονυρεῖς, indecorum*; informegenus lethi dicunt Latini, atque præposterum: et, ut notat Servius in XII *Aeneid.*, pontificibus libris cantum fuerat, ut qui laqueo vitam finisset, insepultus abjiceretur; quod ea mors esset infamissima.

Mystice autem viri sancti genus quoddam honorati suspendii repererunt, unde gloriam et sempiternum nominis decus, non infamiam consequuntur; preit ergo Job exemplo suo, et laqueum non a celsa necit arbore aut infelicis trabæ, sed ab amore et potestissimi Nunanis charitate, qua in sublime attollitur: «Elegit suspendium anima mea,» quod generosi animi propositum sic illustrat Gregorius Magnus lib. VIII *Moral.* cap. XIV: «Sancti viri suspendium eligunt, quia nimirum desideria terrena deserentes ad alta ani-

quippe nihil tam molestum homini est quam a propria imagine angere et excreari. Tyrannice deserviat malus demon adversus immeritum Jobum; charissimorum filiorum orbitatem patiebatur Jobus honore et divitiis spoliatus, et amicis obsessus ad ruinam ærumnissemis negotiati, nullo non morbi genere excarnificatus, ut vivum cadaver Jobum dixeris in calamitate: at ille, si non mutus, saltem flecti nescius, patientissime stabat adversus hostiles diaboli impetus; verum postquam innumeros dolores quibus agitabatur recensisset, de hoc uno unice conqueritur, Deum querere sic alloquens: «Si dixerò: Consolabitur me lectulus meus, et terrebis me per somnia,» hoc est, ut Glossa interlinearis commentatur, per *imaginationes*. Nempe exerciciatus Jobus tot veris cruciatibus, qui impatienciam extorquerent a patientissimo quoque, et tamen usque eo ab imagine sua fatigatur, ut maxime de imagine conqueratur sua. Qui tot vera mala tolerantissime tulit sic horret timores quos patitur non in prudenti vigilia, sed in fatuo et insipienti somno? quid ultra jam timeat qui tanta patitur? Fere exhausta est pharetra infernalis sevitiæ, nec ultra sagitte suppetunt demoni ad Jobum ferendum, et sic horrescit ad timores, quos fertis somniorum imaginatio representat. Itane Jobus patientiæ miraculum perhorret a metu, quem imaginatur in somnis? a phantasia timoris sic vexatur, excruciat, exacerbat, ut quasi calamitate oppressus suspendium et mortem eligat, et dicat?

Ver. 15. 43. QUAMOBREM ELEGIT SUSDNDIUM ANIMA MEA, ET MORTEM OSSA MEA. — Id est, crudelem et infamem mortem præpositam quam imaginationis mee calamitatem; hinc ergo metendum est, quam gravæ malum ab imaginatione sua patitur homo, cum Jobus tot tantisque acerbissimis ærumnis exagitatatus tam egre tulerit hoc suæ imagi-

Somnia ne terrent veros imitantia casus, Et vigilans sensus in mea damna mei: Ant ego Sarmaticæ videor vitare sagittas, Aut dare captivæ in fera vincula manus:

Erumnas quippe nihil tam molestum homini est quam a propria imagine angere et excreari. Tyrannice deserviat malus demon adversus immeritum Jobum; charissimorum filiorum orbitatem patiebatur Jobus honore et divitiis spoliatus, et amicis obsessus ad ruinam ærumnissemis negotiati, nullo non morbi genere excarnificatus, ut vivum cadaver Jobum dixeris in calamitate: at ille, si non mutus, saltem flecti nescius, patientissime stabat adversus hostiles diaboli impetus; verum postquam innumeros dolores quibus agitabatur recensisset, de hoc uno unice conqueritur, Deum querere sic alloquens: «Si dixerò: Consolabitur me lectulus meus, et terrebis me per somnia,» hoc est, ut Glossa interlinearis commentatur, per *imaginationes*. Nempe exerciciatus Jobus tot veris cruciatibus, qui impatienciam extorquerent a patientissimo quoque, et tamen usque eo ab imagine sua fatigatur, ut maxime de imagine conqueratur sua. Qui tot vera mala tolerantissime tulit sic horret timores quos patitur non in prudenti vigilia, sed in fatuo et insipienti somno? quid ultra jam timeat qui tanta patitur? Fere exhausta est pharetra infernalis sevitiæ, nec ultra sagitte suppetunt demoni ad Jobum ferendum, et sic horrescit ad timores, quos fertis somniorum imaginatio representat. Itane Jobus patientiæ miraculum perhorret a metu, quem imaginatur in somnis? a phantasia timoris sic vexatur, excruciat, exacerbat, ut quasi calamitate oppressus suspendium et mortem eligat, et dicat?

num attollunt,» toti scilicet in Dei providentiam et crucem Christi ac desiderium beatitudinis defixi. O nobilitas suspendii generis, quod non corpus vita spoliatur, sed anima vim vitalem capit: laqueus ille honoratus libra est, pondus autem quod sustinet pondus sanctuariorum, et sanctitas pretiosa, quæ terram et omnia mundi bona deprimit! Hic pendens et sublimis animus ridet profecto mortalium inanes curas, sordes avaritiæ, libidinis oceanum, convivorum luxum, fuitiles voluptates: unus Deus instat illi omnium est, mentis cura, fons liquidæ voluptatis, lætitarum apotheca, gemmeus volutus, delicie cordis infinite. Cur non igitur Jobum imitemur ante evangelium christianum, ante Messiam fidelem, ante apertum Olympum dignum celo? Cur potius non sequamur Filium Dei, ut sublimes a terra vivamus, sublimes moriamur? hoc est nimirum sanctum esse; unde in arcanis Prophetarum «aquila, ut notat S. Basilius in *Psalm.* XXVIII, dicitur sancta, ἀδελφὴ ἀποστολικῶν, quod subimus volitet, et a terra longissimo intervallo sit disjuncta. » Anima igitur sancta instat aquile in celo taliter suspensa omnia caecat, de omnibus triumphat, et triumphans canit: «Elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea:» implens etiam id quod per Oseam prophetam est prescriptum cap. XI, 7: «Pendebit populus meus ad redditum meum;» et quod a Guericco in *Alleg.* est additum: Pulchre omnino et proprie pendebit tanquam inter cælum et terram, ut licet adhuc apprehendere cælestia non valeat, non velit tamen tangere terranæ: et si aliquando tangit, non nisi extremis articulis, id est extremis partibus animæ, propter necessitatem corruptionis nostræ, cui servire cogimur quædam vanitati subjungimur. Ego autem dico: Fideliter expectat qui sic pendet: quamobrem elegit hoc suspendium anima mea, et in ipso suspendio mortem ossa mea, ut perseveraret in cruce ista pendere mereat dum immoriar. Quis non letabundus et laudans in momento ex hac cruce pendeat, ut inde æternam gloriæ pondus victor mortis et vite inventor acquirat? Vide plura de mystica in contemplando suspensione apud Alvarez de Paz, tom. III, lib. V, part. II, cap. VIII.

Ver. 16. 16. DESPERAVI, NEQUAQUAM ULTRA JAM VIVAM: PARCE MIHI, NIHIL ENIM SUNT DIES MEI. — Septuaginta reddunt, ἐπιπέσει ἐν τῶν αἰώνων ὄργιστος ἀπόστα ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ κυρίου, non enim in sempiternum vivam, ut longinquissime agam: discede a me: vana est enim vita mea; Symmachus, ἐν παλαιότητι, ἀποπέσει με, quoniam vanitas sunt dies mei: alius interpret, ἀπέσει γὰρ αὐ ἡμέραι μου, vopor enim sunt dies mei. Quod autem dicit *desperavi nequaquam de beatitudine*, sed de vita et sanitate naturaliter recuperabili intelligendum est: quapropter Deum rogat ut ei parcat, id est ne tantopere ipsum cruciet, vel ut supernaturaliter ei vires addat, et vitam reddat: «nihil enim, inquit,

sunt dies mei,» id est brevissimi et paucissimi, scilicet post quos nullus erit in me locus misericordiæ tue. Hoc est nimirum quod David cecinit *Psal.* LXXXIX, 8: «Que pro nihilo habentur eorum anni erunt:» de fuga humanæ vite et brevitate loquitur, et verba ad clariorum intelligentiam in hunc modum ordinanda sunt, ut animadvertit Genebrardus, eorum anni erunt ea que pro nihilo habentur; Septuaginta dicunt uno verbo ἐξεδιδόμαζα, vanitates sive nihilum omnium eorum erunt; sed vim grece dictionis latina vox una nequit explere, itaque periphraasi ambituque verborum noster est usus interpret; et viri erudit ad rem melius exprimentia vocabula nova excoGITUNT. Tertullianus diceret *nullificamina*; Augustinus Eugubinus verit *nihilitudines*, extenuationes in nihilum; Delirus noster, *nihilitates anni eorum erunt*. Sensus est: Hominum vite est inanitas quedam subito volans, et relabens in nihilum est quasi non esset, propter incredibilem fluxum et celeritatem. Sed ejusdem sententia loci alio quodam modo in Hebræo concipitur, et pro varietate expositionum symbola etiam alia duo præferunt opportuna ad eandem rem illustrandam: quidam enim interpretantur *somnium vel somnium*, quod anni vite instar somni aut somni transvolent, nec consistant: itaque S. Hieronymus hunc Davidis locum ita vertit, *percutiente te eos ut somnium erunt*; Isidorus Clarius, *difflunt verba somni*; alii vult Hebræa significare *fluctum vel fluxum* subito intumescentem, subito etiam corruentem, hoc est rem quædam in continuo interitu positam, qua nihil sit fragilis aut vaneus: quemadmodum Oseas cap. X, vers. 11. celerem mortem regis Samariæ concinne vocat *spumam transiuentem*. Unde Genebrardus post Eugubinum ait hunc locum recte verti potuisse, *bulla eorum anni erunt*: quod cum ab illis doctissimis utriusque lingue viris dicatur, argumento est ex hoc fonte proverbium illud profluxisse, πορρωτέρω ἔσθθηρατος, homo bulla. Quod documentum, ut salutare hominibus ad animos in gyro modestie continendos, mirum est quanta varietate purpureus ibid. Cantor illuminet: hominem enim herbæ similem esse dixit nunc pubescenti, mox arrescenti; cujus vite atque duratio unus dies limitibus includatur: «Mane sicut herbæ transeat, vespere decidat:» qualem prudens Poeta in Comœdia describit:

Quasi solstitialis herba paupispei sui, Repente exortus sum, repente, non occidit.

Quale colchicum est ephemerum, quod matutino cum lucifero nascitur, cum meridiano sole viget, cum hespero luente arcescit. Et paulo post idem pius Vates adhibet in eandem rem excoGITUM ænigma cum ait, «nostros annos sicut traneas meditari,» et conficit; quod varie a variis exponitur: Vatablus ita vertit ex Hebræo, *annos nostros finimus dicto cætuus; que peropportuna est nostrid-*

Sancti & colosus: pectus vivat.

Suspensio dicitur mortis infamia.

Mysticum est suspendium honoratum.

Vita nos trahit est.

Vita somnium et fluxus.

Homo bulla.

Homo herba similis.

Annus nostrid-

imago celeriter fluentis vite, et effusus velut habitus ad interitum contententis: sermo enim est aeris percussio atque sonitus, qui deficientio crescit, et crescendo deficit, et volat, et evanescit; unde verba *εξαπαται, ἀβηλα*, scite et eleganter poetarum prin-eps appellat. Chaldeus vere paraphrastes sic fiam sententiam illustrat, *consumpsimus dies vite nostrae tanquam vaporem oris in hieme: vapor oris est halitus, qui ob frigidum aërem fit crassior, et mox lenatur et vanescit. Quid igitur hic illi mihi dicent vite longioris candidati, qui non solum montes sibi aureos, verum et aurea vite fila quam longissima et felicissima pollicentur, qui exubant omni mente atque animo in exquirendis arripiendisque rationibus, quibus duntaxat miseri esse possint, et que falli aut vitari nequeat, mortem effugiant. An est opus ut a Jacobo apostolo testimonium mutetur ad illam iniquitatem vite amantium falsam et inanem opinionem convellendam? cujus illa est præclara Ecclesiæ prodita monito, Epist. iv, 14: «Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens:» summissis videtur a regio Vate, apud quem est celestis illud oraculum *Psalm. cxviii, 4: «Nemo vanitati similis factus est:»* græcus interpres apud S. Chrysostomum legit *ἀνεψ*, vapori similitudo est. Tu te forte aliquid esse magnum putas, vapor es, inanissima atque levissima res, et quidem ad modicum parens, et, ut gravissimus auctor Nazianzenus in sui meditatione diu versatus, *ὄνειρος, volans sonium.**

17. Quid est homo, quia magnificas eum? act quid apponit erga eum cor tuum? — Extenuaverit prius humanam conditionem, dum vento ac nubi simile esse diceret, quæ momento temporis evanescunt et transeunt; nunc miratur, cur Deus naturam hanc fragilem tamque brevi perituram tantopere magnificet, illique tam sedulo atque accurate provideat, et nunquam ab eo cogitationem avertat: eandem benignissimi Dei erga hominem misericordiam providentiam demitrat David, et hoc dulci ac religioso carmine divinam beneficentiam una cum Jobo extollit *Psalm. viii, 3: «Quid est homo, quod memor es ejus?» g. d.* Unde fit, ut tu Dominus universitatis, affluens omni bonorum copia et felicitate, nulliusque egens, hominione tamen vilem et abjectum, rem nihili, habebas in memoria, et benevolentia tua digneris? Quidam Græci apud S. Chrysostomum ita dictum psalmi locum verbeant, *ἢ κὰρ ἀνδρῶν, ἢ κὰρ ἠρώτων ἀνθρώπων, quid est ad hominem pertinens, quod ejus recorderis?* quise miretur pius vates, quod cum nihil sit in homine, nec in iis quæ hominem circumstant, quod divini amoris vim excitare possit, ejus tamen continuo Deus meminerit; sed tam Davidicæ quam Jobianæ mirationis causam liquidius intelligemus, si consideremus vocem hebream, sic enim utrobique legitur, *quid est ἄνθρωπος? quod hominem quidem significat, sed proprie, si interpretari velis, oblitiscenlem, ut Euse-*

bius lib. XI De Præpar. cap. iv, docte animadvertit. In hoc igitur utroque viri divinus obstupescerat, quod illius Deus meminisset, qui esset oblivisus, et de illo ornando cogitor; qui deponeret memoriam beneficiorum. Quæ Jobi ac Davidis admiratio viro sapiente ac nature divinæ majestatem astimante digna est: etsi enim hominis anima immortalis et divinæ fruitionis capax sit, corpus tamen adeo abjectum et sordidus affectionibus obnoxium gerit, ut mirandum sit, Deum de corpore quoque ipso decorando, exornando, prosperando curam gerere, nullumque benefaciendi officium prætermittere. Et hæc plane Dei cura per se mirabilis vita est Jobo mirabilior, ubi se in sterquilinio marcentem, fetidum, inopem, derelictum circumspexit, quem sic loquentem inducere par est, g. d. Quorsum sapientissime Deus, hominem evisis ad temporalem gloriam, qui tam cito exstinguatur? Quænam res mortalis homo est, quam firma, quam constantem, ut in eo botis multis cumulando operam ponas? Profecto tam fragilis et mutatiōis obnoxius est, ut frustra valere, fortunari, honorari videatur, qui e vestigio in morbum, inopiam infamiamque prolabitur.

Hæc de temporalis divinæ magnificentie opere: at si eximia divinæ gratie operæ sempernamque beatitudinem, ad quam homo celesti ope provehitur, oculos attollamus, porro admiratio-mensis ratio vires acquirit immensas: quid enim stupore dignius, quam hominem mortalitati servientem Christi beneficio et ceno, in quo jacet squalidus, et sui ipsius tædio fatigatus, ad immortalis vite gaudia et amplissimos honores extolli? Ille vero dicendi modus, *apponit erga eum cor tuum*, plane suavissimus est, cum Dei cor cum hominis corde conjunctum representat, quasi Dei cor ex illa conjunctione aut connexionem caperet voluptatem; quæ tandem excellentior hominis magnificentia esse potest, quam ut Deum in se ipso gestet, et non solum ejus dona, sed ipsius etiam majestatem in se recondat: de donis quidem dixit S. Gregorius lib. VIII Moral. cap. XVI: «Hominem Deus magnificat, quia largitate rationis dicit, infusione gratiæ visitat, honore colat virtutis exaltat:» si his donis homo magnificatur, quanto majori gloria et splendore afficitur, cum datorem donorum in intimo cordis sedentem aspiciet, et suum habitorem agnoscat?

Considera igitur quam ardentem Deus periculis amet; siquidem eos in tantam dignitatem et gloriam exaltat, ut domus Dei et cœli sint, in quibus ipse Deus habitat, et gloria suæ majestatis ostentat. Sicut nulla domus æque gloriosa Domino fuit ac ea quam Salomon II Paral. iii, et in area Ornan Jebusæi edificavit, quæ structure pulchritudine, divitiarum copia, vasorum pretiosorum et utensilium multitudine, sacrificiorum jugitate, et ministrorum cultu ac reverentia omnes basilicas regum et templa numinum falsorum excol-

Hominis oblivisus Deus mator est.

Job in sterquilinio marcentem, fetidum, inopem, derelictum circumspexit.

Quis est magnus hominis magnificatus?

Del gloria et magnitudine in sanctis.

loit: ita nullo est spiritalis domus aut æque magna, aut æque gloriosa Deo, ac est animi viri sancti atque perfecti, cujus structura usque in celum assurgit, cujus opes rex terrenus non diripit; cujus vasa non sanguinem taurorum aut hircorum, sed sanguinem Christi agni immaculati suscipiunt; cujus holocausta pinguis et ardentium affectuum sacrificia nunquam cessant; in qua non reverentia exterior solum sicut in templis materialibus, sed internus cultus, et ille a maximo amore profectus exhibetur. Domus illa magnifica solum in monte Moria ad gloriam et honorem divinum extructa est; et Judæis cautem erat, ne alio loco templum pro sacrificiis et holocaustis edificarent. At domum istam Dei, quæ in vite perfectione consistit, et non ex lapidibus, sed ex virtutibus construitur, nec terra, sed celesti charitate tegitur, quisque in suo corde potest extruere: Deus impensas abunde suppediat, edificationem adjuvat, ad laborem animat, et non exspectata perfectione domus, si aliquid semifactum illi offeratur, si aliquid tugurium concedatur, statim in eo cum gaudio habitare festinat. Abjiciamus ergo moras, relinquamus excusationes, contemnamus nostre socordie et otiositatis pretextus, et hanc domum Deo in corde nostro ædificemus: jaciamus primum humilitatis profunde fundamenta, super illa virtutum parietes construamus, quas amoris Dei et proximi lectum operat: non desit in ea allare orationis, nitor confessionis, sacrificium affectionis, et thymiama sanctorum desideriorum semper redeolet. Sia et nos magnificabimur templum Dei facti, et ex sterquilinio imperfectionum in domum sanctitatis conversi: et Deus glorificabitur in nobis, qui in sanctis suis gloriosus apparet, et ex eorum vita magnam sibi gloriam deerepit. Ita noster Alvarez de Paz tom. I, lib. IV, part. II, cap. xv.

18 VISITAS EUM DIRECTE, ET SUBITO PROBAS ILLUM. — Dicitur Deus visitare non localiter (quia immensus est et immutabilis, sed efficienter, alios atque alios effectus circa homines exereendo; et quia aliquando beneficia, aliquando supplicia operatur, inde fit ut verbum *visitandi* in Scripturis tam in bonam quam in malam partem usurpetur: in malam quidem partem accipitur quando damnat, punit, flagellat, aut oleicitur; et sic dicitur visitare homines quos punit, et quandoque causa exprimitur propter quem castigat et punit, ut cum dicitur *visitare peccata*, aut *super peccata seu super idola*; et aliquando explicatur flagellum in plaga, virga, egestate, et his similibus, quibus castigat. Sunt hujusmodi multa testimonia, et quibus unum aut alterum producam *Isai. xxvi, 14: «Visitasti, et contrivisti eos, et perdidisti omnem memoriam eorum;» Num. xiv, 18: «Visitas peccata patrum in filios;» Thren. iv, 22: «Visitabit iniquitatem tuam, filia Edom;» Psalm. lxxxviii, 33: «Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum;» Jerem. xxvii, 8: «In*

gladio et in fame et in peste visitabo super gentem illam;» et *ibid. cap. xxi, 44: «Visitabo super sculpillia Babylonis:»* his omnibus modis exprimitur in hæc visitatio que est ad penam et punishmentem. In bona vero partem dicitur *visitare* quando uitur misericordia consolando, liberando, defendendo, benefaciendo, juxta illud *Exod. iv, 31: «Audierunt quod visitasset Dominus filios Israel;»* item *Psalm. lxxiv, 20: «Visitasti terram, et iocribasti eam;»* et *Isai. lx, 17: «Ponam visitationem tuam pacem;»* hinc quando Dominus venit judicare orbem dicitur *visitans*, et actus ejus *visitatio*, quia tunc et malos punit, et bonis mercedem tribuit: quare Petrus rogat I Epistol. v, 12, «ut nos exaltet in die visitationis.» Peculiari autem et præcipuo quodam modo dicitur *Deus nos visitare*, quando carne assumpta in mundum ad nos liberandos adventi; de qua visitatione Zacharias apud Lucam cant *Luc. 1, 68: «Quia visitavit, et fecit redemptionem plebis sue;»* item *ibid. vers. 78: «Visitavit nos oriens ex alto.»*

Hoc loco autem verbum *visitans* licet aliqui illud in malam accipiant, præstat tamen cum Pineda et Sanctio, et ex antiquioribus S. Gregorio et Olympiodoro in bonam partem accipere, g. d. *Visitat eum* consolando, beando, *dilatando*, id est cito et diligentissime; et *subito*, id est mox, propterea illum tentando et affligendo: Septuaginta reddunt, ἢ ἑπιπορευῶν ὀρθῶς πάλιν ἑῶ; ἢ πρὸς; καὶ αὐτὸς ἑῶν ἀνὴρ ἀνὰ κρείον: nunc visitationem ejus facies usque mane? et in requie judicabis eos? id est tota vita eum exercebis, et veluti bello tentabis, cum vita nostra sit militia; ac in morte questionem de illo institutes, et severam exigēs rationem. Ex quo intelligitur, quam vigilantes et attentos nos esse semper oporteat, cum omni temporis momento Deus nobiscum pognat atque contendat: est enim Deus tanquam magister solertissimus, qui lotos dies dat operam, ut nos in officio contineat, et ad veram pietatem vel flagellus vel alia quavis ratione informet: quocumque enim modo faciat, ad hujusmodi pugnam spectat. Hanc disciplinam rationem optime describit Isaias dicens cap. i, vers. 4: «Dominus erigit in mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas ventilentibus: faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me.» Quod si hæc ratione Filium suum unigenitum infinita sapientia præditum erudit, quid (malum!) alia via nos doceri posse arbitramur? Cavendum sane maxime est, ne ita rudes et recordes simus, ut tanto Dei studio et assidua sollicitudine nihil proficiamus: quin potius satagen dum est, ut divina visitatione emendati et probati, cum regio Prophetæ dicere possimus *Psalm. lxxi, 3: «Probasti cor meum, et visitasti nocte: iugis me examinaisti, et non est inventa in me iniquitas:»* ubi notanda est distinctio

bonam partem accipitur, quod signum est.

Dens visitat consolando, et probat tentando.

Vigilantes nos esse oportet in sercicio Dei.

Del gloria et magnitudine in sanctis.

verborum istorum, probasti, visitasti, examinasti, que sic explicat D. Thomas: « *Probat*, inquit, Deus, cum iudicet, an habeat quis cordis rectitudinem; *visitat* iuvando et corrigendo; *examinat*, utrum habeat firmitatem; » igne autem tribulationis justus examinatur, quia perfecta virtus in adversitate cognoscitur. Porro divina omnis visitatio ad duo potissimum ordinatur, scilicet ad animam sanctam ad culmen perfectionis adducendam, et in eodem stabilendam; id quod Vates regius haud obscure insinuat dum sic orat *Psalm. LXXIX, 15*: « Domine Deus virtutum, visita vineam istam, et perfoce eam quam plantavit dextera tua: et super filium hominis, quem confirmasti tibi; » ubi per vineam S. Patres tam Ecclesiam quam unamquamque animam sanctam intelligunt: utraque enim plantata est a dextera seu omnipotentia Altissimi, quem pius Vates deprecatur ut e caelo respiciat in opus monum surarum, et visitet vineam ad hunc finem, ut eam benigne dirigat, gubernet, tueatur, defendat, et undique reddat perfectam: quia solus Dei perfecta sunt opera, qui id quod cepit bonum opus ipse perficit atque consummat; hæc autem præstat, dum vineam suam visitat, et benigno eam oculo intuetur. Quod autem addit: « Et super filium hominis, quem confirmasti tibi, » duplicem habet sensum; quorum prior refertur ad eum qui visitatur, qui vocatur *filius hominis*, seu *filius Adam*, quasi representando ejus infirmitatem et indigentiam quam habet visitationis Dei, qua in bono ad ipsius gloriam confirmetur, ut in vase fragili magis divina virtus resplendeat. *Posterior* vero refertur ad Messiam seu Christum Dominum, qui seipsum semper *filium hominis* appellat; quem Deus firmissimo consilio suo æternum in mundum mittere decreverat, ut esset firmamentum, salus, vita et protectio hominum. Petit igitur Propheta, ut Deus ad Christi merita respiciens vineam suam visitare dignetur atque perficere. Cui interpretationi favet Chaldaica paraphrasis ita vertens, et *super regem Messiam, quem confirmasti tibi*, id est, cujus regnum voluisti coram te esse stabilitum et firmum; regnum autem Messie sunt iusti, in quibus ipse regnat; quos divino beneficio visitationis in bono cupit esse stabililes.

19. USQUEQUO NON PARCIS MIHI, NEC DIMITTIS ME, UT GLUTIAM SALIVAM MEAM? — Querit Job Deum, præter morem suum, nimis rigide ac severe se cum agere, nihil impunitum relinquere, nec imbecillitati parcere aut indulgere; sed nullum supplicis et afflictionibus modum statuere, neque ullas in tantis doloribus inducias concedere, quibus fatiscens animum aliquantulum relevare, ut vel modico salivæ humore fauces aridas rigare ac refocillare suo solatio possit. Multis hic saliva movetur, at querant, cur Job peculiariter salivam glutinandi petierit facultatem; ad quam questionem diversimode respondent interpretes:

190 spec-  
a Job  
on po-  
tuerit  
glutire

ac primo quidem aliqui cum S. Hieronymo et Beda hoc ad *ovakpov*, seu anginam referunt, quæ fauces ejus obstruebat nec quidquam ex ore ad stomachum transglutiri sinebat Quæ ratio satis est probabilis, licet non omnino certa, cum incertum sit utrum angina laboraret. Hoc saltem constat Jobum gravissimis animi angustiis et corporis doloribus fuisse discruciatum, e quibus maxima solet faucium ariditas existere, quæ ceteris tormentis omnibus molestior plerumque accidit; de qua primario passim ægri et miseri gravissime conqueri consueverunt, quemadmodum ipsemet Christus inter acerbissimos crucis dolores de sola siti sen faucium ariditate conquestus fuisse legitur. *Secundo* alii tribuunt hoc virium imbecillitati, quæ morituris solet esse familiaris, qua fit, ut cum salivam habeant in ore plurimam, eam tamen ob deficientem naturam deglutire non possint; sed hoc neque perpetuum est, neque tunc Job sic erat affectus, ut extremum ageret spiritum. *Tertio* alii hoc in querelaram et genitium nunquam interruptam continuationem rejiciunt, quæ nullum respirandi aut salivæ trajectiendi spatium relinquere: ut enim simul sorbere et flare nemo potest, sic etiam nec loqui, aut gemere, et salivam simul glutire; verum hæc ratio non satisfacit, cum genitus ejus non tam assidui aut continentes fuerint, quo minus aliquando dormire, cibum sumere aliisque naturæ necessitatibus satisfacere poluerit; quinimo et prolixam ac difficilem cum amicis disputationem instituerit, quod sine salivæ ac quidem frequenter trajectiendi fieri haudquaquam potuit. *Quarto* denique Pineda et Sanctus noster agnoscunt hic proverbialem loquenti modum cum hyperbole conjunctam: conqueritur enim, ut mox dicemus, Job Deum, ex quo durum illud examen et probationem aggressus est, nunquam sibi pepercisse, id est, nunquam parca aut remissa manu in ipso discruciendo usum fuisse; illam autem continuationem continuationemque plagarum proverbiali forma eleganter exprimit, qua significat se usque adeo continenter ac vehementer urgeri, ut neque respirare liceat, neque levissimum quoque nature opus obire; quale v. g. sit salivam deglutire, aut spula jacere: qui videtur maxime genitius ac verus hujus loci sensus.

Mystice per salivam quandoquidem ex ore defluit infirmitas, dum vero deglutitur, contemplationis gratiæque divinæ suavitas designatur: atque illius quidem sententiæ S. Augustinus in *Psalm. XXXII*, hujus vero Gregorius lib. VIII *Moral. cap. XVIII*, idoneum auctorem habes. Nec immerito saliva cum Dei gratia comparatur: sicut enim saliva ex capite in os descendens vel spato projicitur, vel in ventrem demittitur, ita quoque Dei gratia, quæ a Christo capite nostro in animam derivatur, vel per peccatum quasi expulsi et perit, vel spiritaliter deglutitur, seu mentis sinu excipitur, et animæ vigorem suppe-

salivam  
eam.

Saliva  
quid  
mystice

ditat. Quia igitur dum in hac carne peccati vivimus saliva gratiæ pro peccatum facile nobis effluit, jure merito tibi dimitti postulat, ut glutiat hæc gratiæ salivam qua in æternum vivat.

20. PECCAVI, QUID FACIAM TIBI, O CUSTOS HOMINUM? QUARE POSUITI ME CONTRARIUM TIBI, ET FACTUS SUM MIMMETIPSI GRAVIS? — Esto, inquit, peccaverim, ut amici obijciunt; tamen quomodo tibi, qui Deus es, satisfaciam? licet enim infuitas de me penas sumpseris; tamen a me nunquam satis, quia Deus meus es, habebis, nisi mihi precanti pro tua clementia ignoscas: hæc enim in omni merito et satisfactione intervenit necesse est. Septuaginta vertunt, *ei tyis paxov*, *ei divitiam paxov*; id est *si ego peccavi, quid potero facere?* quasi nesciat an peccarit: quod ad justitiam Jobi aperte non potius statim solvat; sed unde hoc miratur? plane ex eo quod jam suggererat, dicens: « Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? » hoc est, peccavi, et peccatum meum pono coram eo quiustos est hominum, qui apprine novit quod faciant omnes homines; qui debet vel ex officio custodis ad omnes homines respicere, illorumque errores scire: quod si omnes sciuntur peccatores, cur, qui peccatum fateor, non statim recipio peccati curationem? Ita apud Cyrillum Alexandrinum in *Apology ad Theod.* se explicat Job: « Etenim si fieri potest ut nullo pacto mens humana prævaricaret, inquirat excelissime Juxta, obsequit iniquitates; si vero plurimum impingimus omnes, et prorsus inculpabilem esse ipsi soli competit delictorum oblivionem largiatur is qui imbecilles esse consueverunt: » ubi enim peccator dolet, ubi penitentiam agit, maxime juvat, quod non fuerit in peccando solus, sed potius unus e pluribus existerit: peccantium enim multitudinem in penitente sæpenumero respexit Deus, ut medelam acceleraret. Quod ergo Jobus ait sic apertius exprimi potest, *q. d.* Esto peccator universorum hominum scelestissimus fuissim, peccatum de me adeo acerbam sumpsum hæcque contemplans, clementissime Deus, posses pro tua immensa bonitate angorem finire meum; et quia sat afflixisti me, et quia profecto perspicis, diris me doloribus torqueri, qui verendum est ne me in culpam aliquam precipitem agant: deest quippe lenitatem tuam sic punire, ut salus peccatorum, qui respicere malunt, tua consistat. Desiste ergo a tot preliis quibus me adortiris, ne me tam poterat aggrediari: nam te mihi contrarium, aut me tibi ferre non possum; unde subdit:

21. QUARE POSUITI ME CONTRARIUM TIBI? (scilicet ut hostem dicendo et opponendo tibi, ut ferires: hebraice enim est לִפְנֵי לִמְפָאָה, in of-

fendiculum: S. Gregorius id explicat de contrariis animi et corporis affectionibus et mutationibus, quibus post lapsum homo miser obnoxius, Deo sibi que contrarius evasit; et talem dicitur posse esse Deum, quia peccantem hominem justitia originali privavit, ex qua privatione necessario ista contractas nata est, que es, omnium molestiarum nostrarum causa; unde merito subdit: ET FACTUS SUM MIMMETIPSI GRAVIS: — hic nimirum effectus est et merces contrarietatis adversus Deum. Extollat se quantum voluerit pulvis humanus, Deus qui se in omnibus ostendat adversarium, illi acriter repugnet, non Deo, sed sibi gravis erit, ipse gravissimum onus telorum a se jactorum reportabit: integra enim manet et illa Dei gloria inter blasphemantium injurias, inter contumelias et hominum opprobria: post que omnia solus peccator sibi, non Dei majestati aperta attulisse nocentium. Atreum plane dictum est illud S. Augustini lib. I *Conf. cap. XII*, justissimum Nutriminis providentiam in celum extollentis: « Justissimi, Domine, et sic est, ut animus omnis inordinatus sua sibi poena sit. » Eleganter quoque Tolenerius noster in *Specul. vanit. eccles. cap. III*, sect. I, in prima Prosa Exegesis, quam sibi metipsi animus humanus gravis sit ostendit dicens: Theatrum hujus universitatis, si placet, ante oculos constitue, hominesque pugnantibus inter se studiis, nec semper isdem distractos intueri: invenies alios fastidio sui languentes ad nova suspirare solatia; alios ad speciosam professionem alligatos, et sub ingenti titulo laborantes, hoc agere, ut jugum excutiant et sibi vacent; alios assidua mutatione propositi fluctantes, ut viduæ mulieruæ ad defunctos solent maritos, ad id suspirare quod reliquerunt. Adice illos, qui, ut ait Seneca *De Tranq. animi cap. II*, non aliter quam quibus difficilis est somnus, versant se in omnem partem, donec lassitudine quietem inveniant, statum vite subinde formando; in eoque novissime manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad novandum pigra deprehendit. Adice etiam illos, quos animi, votorum exitum non inventis, misera torquet jactatio, dum nec cupiditatibus suis imperare, nec obsequi possunt; unde paulatim languens obrepit cunctatio vite parum se explicantis, et inter desinituta vota torpentis animi sitis. Alios deprehendas perpetuis amicum offensionibus et conciliationibus alternantes, et modo eos odisse quos arcissime sibi devinxerant, modo eorum, quos abdicarant, desiderio contabescere: sic Alexander, ut lib. VIII Curtius testatur, modo in Clitum sibi charissimum exandescens inter epulas eundem comfodit; modo ejus desiderium non ferens ipse mori voluit: sic Andronicus imperator, Neeta teste, quos heri complexus intimorum consiliorum consortes habuerat, mox in eodem atrocissime seviebat: quinimo videre erat eundem uno die (quod de Navarcho Xerxis me-

hominem  
sibi con-  
trarium  
possisse.

Peccator  
sibi ipsa  
gravis  
est et  
noctet,  
non Deo.

Inordi-  
natus  
animus  
sibi poena  
est.

Quomo-  
do dicit-  
ur Deus

morie proditum est) ab illo laudari et conviciis prosequi, coronari et securi percuti.

Fleves- que ho- mines sui torquet impatiens.

Sed plerosque hominum sui torquet impatiens, et nusquam residentis animi volutatio: si vitam laboresque suos republice consecraverunt, se sibi ereptos esse conquerunt, ad otium adspirant, et cum Augusto aliquando se victuros sperant; simul atque tamen odio infelicitatis operose ad otium profugerunt, o que tormenta patriei in suis imputant, dum animus ad civilia erect, et agendi cupidus, in sua solitudine contabescit. Iam fidem, si cum adversa fortuna conficiantur, quibus non lamentis infelicitatem suam deplacant! quas non tragedias excitant! si tamen fortuna novercam exerit, et blandior aridere perrexerit, non minus felicitatis sue fastidio suspirant, quam ante calamitatis impatientia torquebantur. Quid, quod nec deliciae, nec voluptates semper placent? et nonnumquam ipsa delectatione suavis irritantia delectant? ut ulcera quaedam, ait Seneca *De Tragicis animi* cap. II, nocitura manus appetunt, et fredam corporum scabiem delectat quidquid exasperat; non aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates velut mala ulcera eruperunt, laborem et vexationem esse voluptati; et quemadmodum Achilles ille homericus Patrocli funere moestus modo pronus jacet, modo supinus, modo in latum incumbit, modo se in pedes erigit: ita proprium est egrientis animi nihil diu pati, et mutationibus ut remediis uti. Hinc vagae peregrinationes modo per amena Campanie litora, modo per horridos Bruttiorum saltus, et post raris solitudinem urbanus iterum planus, et rancum fori murmur aridet, et humano sanguine pinguis arena et spectacula spectaculis mutantur.

Hoc se quisque modo semper fugit,

ait Lucretius. Sed quid prodest, si non etiam efugit? sequitur ipse se, et urget gravissimus comes, nec sui nec ullius rei diutius patiens, donec tandem fastidio incipit esse vita, et ipse mundus, et subit illud tibi darum deliciarum: « Quousque eadem? » ita Tollenarius noster. E quibus manifeste patet quam vere animus inordinatus sit sibi melius semper gravis. Ceterum pro verbis istis: « Factus sum mihi melius gravis, Septuaginta reddunt, *quod tibi est gravis, aut amant super te omnes: alii vero gravis onerosus, molestus; S. Augustinus, ut esset tibi neri*, quo alludit ad importunos precatores, qui auribus principum aut iudicum perstreperunt adacti necessitate, qualem in se Job agnoscit, ac si diceret: Remitte jam penam, ne tibi vocibus et clamoribus obstrepam molestusve fiam. More hominum loquitur, ad pro affectu significanter ac suaviter.

Var. 31. 21. CUR NON TOLLIS PECCATUM MEUM, ET QUARE NON AUVERS INIQUITATEM MEAM? ECCE NUNC IN PUL-

VERE DORMIAM, ET SI MANE ME QUÆSERIS NON SUBSISTAM, — *g. d.* Cur tardas remittere mihi peccata mea? id est supplicia que pro peccatis irrogari solent: hoc est eam *tollere et auferre peccatum et iniquitatem*, ejus penam remittere, sive illam condonare; inde ducta locutione, quod munera antiquitus apud Hebræos, que divino cultui offerebantur, simul tollebantur et *abiebantur*; unde *tollere* est condonare, et similiter *auferre*, quando cum peccato conjungitur. Fortassis etiam in sacro sermone sic placuit Deo peccati condonationem appellare, quod non aliter peccata remittantur, nisi quatenus a Deo Filio tolluntur, quasi onus scilicet, quod a nobis nostrisque cervicibus depellitur, et tunc ipse succedit humerosque supponit de quo *Isai. LIII. 4*: « Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. » Rogat itaque hoc loco Job, ne Deus veniam diutius differat, *g. d.* Proferat si amplius differ remissionem, jam non me invenies super terram: morti enim jam proximum me prospicio. Non aliter expostulare posset, si illi remissio ex justitia deberetur. Quod expendens D. Cyrillus Alexandrinus in *Apolog. ad Theod.* sic ait: « Dicit ad hoc quisquam. Quid igitur, o generosissime athletarum, criminis loco Deo impingis, quod ejus qui deliquit non miseret? culpamne legislatorem, quod peccatorum memini? Etiam, inquit: qui enim misereri consuevit nec vulgarem ex eo gloriam habet; ob quam causam, cum talis sit, non et mei rationem habet? » ubi enim Deus, ex eo quod miseretur et parit, ingentem sibi gloriam vendit, id juris acquirunt in eum rei ipsi, quo cum Deo de venia exposculent, et quasi ipsum iudicio sistant. Hoc etiam alio exemplo declaro. Si celebris medicus aliquis adventasset, ad quem accersendum infirmus morti vicinus famulum misisset suum; qui tardante, haudquaquam mirandum foret, si infirmus secundo ad eum famulum destinaret dicens: Ut quid moras neclis? nam si venire distuleris, jam non subsistam; et insignem artis ostentandæ occasionem amittes, qua famam tuam reddere poteras celebriorem: quod si salutis interest mee, ad non minus gloriæ ac fame tue, ut me sauces. Eodem modo Job ait: « Usquequo non pareis mihi, » Domine? nonne tu medicus es animus, um nostrarum, et magni medici nomine gaudes? Quomodo igitur, Domine, tam illustrem misericordie tue declarandæ occasionem elabi permittis, cujus famam mirifice affectas? quod si remedium mihi utile sit: at tibi ad nominis gloriam ac celebritatem conducit. Unde magnam spem concipere debemus divinæ erga nos pietatis ac remissionis peccatorum: cum enim veniam a Deo postulamus, id ab eo petimus, quod illi non solum gratissimum, verum etiam quam maxime honorificum est nobis concedere; unde licet nos indigni veniam sumus, digna tamen est misericordia ejus, dignum nomen ejus,

Job vr. et colorem a peccatis liberatissimum.

Gloria nobis sibi agroti.

Misericordia nobis sibi et Deo liberatissima est.

Vigna gloria ejus, propter quam misereatur nostri.

ECCE NUNC IN PULVERE DORMIAM, — id est, in erram revertar, et mane deprehendar mortuus, *g. d.* Accedat igitur priusquam moriar. Fatetur se jam pauperi reddi, et nihilominus sollicitatur de acquisitione divina dum ait: « Si mane me respicieris (hoc est, si matutinus veneris ad ærorum operum inquisitionem, ad rationem vite expostulandam) « non subsistam; » te judice causa cadam, nihil inveniam, quo me in iudicio fuleam. Cur hoc dicat lectissimus vir? sane sic universi electi afficiuntur voce judicis, ut nihil in se videant, quo ejus sententiam fugiant; quod pulchre S. Gregorius lib. VIII *Moral.* cap. XXI, exponit: « Quantalibet enim justitia polleant, nequaquam sibi ad innocentiam vel electi sufficiunt, si in iudicio stricte requirantur; sed hoc nunc ad solatium sue ereptionis inveniunt, quod nequaquam se posse sufficere humiliter sciunt. » Quid ni igitur ante Dei tribunal non arcescant timore homines terrent, quando et cœlestes virtutes, hoc est sanctissimi viri, movebuntur, et cavebunt sibi? sane in Dei iudicio districto nullus homo, etsi sanctissimus, non metuet, et sibi cavebit. Pulchre D. Cesaris Arelatensis in parabola decem virginum dicit: « Tantus terror et tanta exaninitas erit in die iudicii, ut etiam illi, qui oleum misericordie se intelligunt abundantius præparasse, metuant, ne eis possit ad omnia peccata redimenda sufficere. » Quævis superabundantia apparebit inopia; nemo tot meritum cumulos repositos habebit, qui dum ad tribunal Christi accedat, non dubitet an satis sibi providebit. Quis plura concessit misericordie opera quam Job? is oculus fuit caeco, pes claudus, etc., *Job XXXIX. 13*, et tamen posita divina inquisitione non subsistit: « quia non justificabitur in conspectu Dei omnis vivens, » *Psalm. CXLII. 2*.

Tropologie hæc de peccati onere levando geminata petitio conruit pie anime iniquitatis grave jugum detestanti, et ad suave Christi jugum adspiranti. Immo profecto pondus peccatum est, quod mentem homi affligit potentissimeque deprimat, nec attoli ad sublimia vel amanda vel cogitanda patitur. Quod propterea David appellat *Psalm. XXXVII. 3, onus grave*, S. Chrysostomus homil. 4 *De Penit. ἐπιβαρύνον τὸν σαρκαίνον* portatu assuetum; S. Augustinus in *Psalm. XXXIX. 14, onus mole*; *Isaias cap. LVIII. 6, fasciculos deprimentes*; *Jeremias Thren. I. 14, jugum iniquitatum collum opprimens*; *Zacharias cap. V. 7, talentum plumbi, quo impietas ad inferos deprimitur*. Quisquis ergo

tam gravi onere gravatur inquit Agnum Dei « qui tollit peccatum mundi, » *Joan. I. 29*, et ad eum contrito corde cum Job exclamat: « Cur non tollis peccatum meum? Cur non auferis iniquitatem meam? » qui omnes laborantes et peccatos invitas, ut illos reficiat, intolerabile peccati pondus cum suavissimo Christi jugo commutans, *Matth. XI. 28*: nam sine aliquo onere in hoc mundo vivi non potest, quia pondus nostrum amor noster, illo ferimur quocumque ierimus; ut pulchre S. Augustinus in suis confessionibus ait: quare ne durissimo iniquitatis pondere ad inferos deprimamur, suavi jugo Christi nos submittamus necesse est; uti eleganter S. Bernardus *Epist. 11*, hunc Jobi versiculum expendens, et cum precedentibus componens, sic ex aliis Scripture locis illi scribat: *Infelicitas ego homo, quia liberabit de corpore mortis hujus? Rom. VII. 24*, quo utique sic premor, ut nisi quia Pominius adjuvit me, paulo magis in inferno habitasset anima mea, *Psalm. CXII. 17*, sub hoc onere gravatus gemebat, qui dicebat *Job VII. 20*: *Quare ne posuisti contrarium tibi, et factus sum mihi melius gravis?* ubi dixit, *factus sum mihi melius gravis?* ostendit quod lex ipse sibi esset, nec alius hoc quam ipse sibi facisset. Quod autem Deo loquens premissit: *Posuisti me contrarium tibi*, Dei se tamen non effugisse legem indicavit. Hoc quippe ad æternam justamque legem Dei pertinuit, ut qui a Deo noluit suaviter regi, penaliter a seipso regeretur; qui que sponte jugum suave et onus leve charitatis abiecit, proprie voluntatis onus importabile patereur invitus. Miro itaque modo æterna lex fugitivum suum et posuit sibi contrarium, et retinuit subiectum, dum videlicet nec justitie pro meritis legem evasit, nec tamen eum Deo in sua luce, in sua requie, in sua gloria remansit, subjectus potestati, et submotus felicitati. Domine Deus meus, « cur non tollis peccatum meum, et quare non auferis iniquitatem meam? » ut abjecta gravi sarcina proprie voluntatis sub levi onere charitatis respirem, nec jam servili timore coercear, nec mercenaria cupiditate illiciar, sed agar spiritu tuo, spiritu libertatis, quo agatur filii Dei, qui testimonium reddat spiritui meo, quod ego sum unus ex filiis; dum eadem lex mihi fuerit que et tibi, et sicut tu es, ita et ipse sim in hoc mundo. » Ita S. Bernardus tract. *De Utili. Deo*, paulo ante finem, cupiens abjecto onere proprie voluntatis leve subire pondus charitatis. I nunc, et nega liberam esse filiorum Dei servitium, servam impiorum libertatem.

Spiritu libertatis agatur filii Dei.

Gravissimum peccati onus.